



facit absens quod fecisset præsens, fidem quippe Thessalonicensium roborat, spem firmat, animos erigit ad constanter pro Christo patiendum.

Pro regno Dei patimini, inquit; vobis tribulatis à justo iudice requies aeterna dabitur, vos autem tribulatio tribulatio retribuet; penas illi dabunt aeternas, in vobis vero sanctis suis glorificabitur et admirabilis fiet Deus; tantum ergo vestra digni sitis vocatione.

His et similibus, in capite primo, illorum fidem et patientiam confirmat; laudat utramque, ut utramque confirmet, augeat et compleat.

In prioribus Epistolae capite quarto et quinto, de resurrectione mortuorum, et de glorioso Christi adventu egerat, ad Thessalonicensium in snorum obitu consolationem. Sed quia de utroque sic locutus fuerat quasi brevi futuro, de resurrectione enim agens capite quarto, v. 15, dixerat in primâ personâ: *Nos qui vivimus*, etc., quasi suo tempore futura foret resurrectio; de die autem adventus Christi ad iudicium loquens capite quinto, v. 2 et 4, etc., Thessalonicenses hortatus erat ad vigilandum, ne imparatos illos dies illa, tanquam fur, comprehenderet, hinc turbati Thessalonicenses putabant et mortuorum resurrectionem et diem iudicii instare; ipsorum terrorem augebant fraudulenti quidam doctores, tum fictis quibusdam revelationibus, tum suppositis ejusdem Pauli litteris.

Ut hunc ergo Thessalonicensium metum adimat Paulus, impostoresque redarguat, docet in secundo hujus Epistolae capite nondum instare diem iudicii; cuius duo dat authentica signa illud praecedentia; apostasiam à fide et adventum Antichristi, quem hic graphicè describit.

In priori denique Epistolâ, cap. 5, v. 14, otiosos quosdam, et inquietos corrigi voluerat; et, quia nondum emendatos noverat, in hac secunda, cap. 5, v. 6, illos acris castigat, et, nisi respiciant, excommunicandos denuntiât.

et prohibitus, ad eos non redit. Quare per epistolam id nunc facit, quod præsens facturus fuerat. Primum igitur animos eorum confirmat in adversis quae pro Christi nomine tolerabunt; ostendens, quanto et ipsos gloria, et adversarios vindicta, sectura sit; idque agit 1 cap. Deinde, quoniam in superiori epist. de resurrectione mortuorum et adventu Christi ita locutus videbatur, quasi brevi futura essent, dicens in primâ personâ: *Nos qui vivimus*, etc., admonens quoque Thessalonicenses ut ad illum diem vigilarent, ne eos ex improvise opprimeret: turbati hinc erant, suspicantes diem Domini iam instare. Quam opinionem insuper augebant rumores temerè sparsi de eadem re. Hunc igitur errorem corrigi 2 cap., docens non prius Christum adventurum, quam apparuerit Antichristus, illius adventu destruedum. Postremò, cum intellexisset nondum emendatos esse eos, quos in epist. priori notaverat ut otiosos et inquietos; nunc eosdem acris et pluribus verbis castigat, excommunicandos denuntiâns nisi respiciant. Hanc epist. inter Paulinas ordine temporis secundam esse,

Tandem dat signum Thessalonicensibus, quo suas Epistolas distinguant à suppositis quas proferebant impostores.

Verè ergo toto aberravit caelo neotericus ille, qui, contra communem omnium sanctorum Patrum et doctorum Ecclesiae sensum, asseruit hanc Epistolam esse omnium Paulinarum primam, sub Caligula scriptam, de quo Caligula, et de Simone Mago, vult intelligi quae D. Paulus de Antichristo dixit in capite secundo.

Hujus opinionis falsitas, quoad primam sui partem, seu quòd hæc Epistola non sit omnium Paulinarum prima, patet primò ex ipsâ Epistolâ serie, quae manifestat quòd secunda sit et alterius complementum. Vide hucusque dicta. Secundo, ex ipso textu capituli secundi, v. 14, primam citante. Denique ex eo quòd id asserat Grotius nulla fulcitur auctoritate, nullam enim citat; nulla ratione stabilitur, quam enim assert nulla prorsus est.

Hujus rei argumentum est, inquit Grotius in praefatione, quòd mentis suae signum Apostolus vult observari, quòd non fecisset si jam alias scripsisset. Hæc, inquam, ratio nulla prorsus; apponit enim signum D. Paulus, quia, sicut jam dixi, supponebantur Epistolae falsae; ut verè scilicet à suppositis discernerentur.

Ejusdem opinionis, quoad secundam sui partem, falsitas, seu quòd falsa sit interpretatio Grotii de Caligula et de Simone Mago, videbitur suo loco, capite secundo, v. 11.

Porro, ubi et quando scripta sit hæc Epistola, non conveniunt doctores: communiter tamen, post Barionum, putatur scripta Corinthi, sicut et prima; ibi enim D. Paulus per octodecim menses permansit, teste D. Lucâ, Act. c. 18, v. 11; fuit ergo scripta anno vel 52, vel 53.

utpote proximè scriptam post priorem ad Thessal., rectè censent erudit: de loco minus inter eos convenit. Athenis scriptam significat hypographe Graecorum codicum; sed hoc ex his quae in argumento prioris epist. diximus facile refellitur. Nam si priorem scripsit postquam Athenis discesserat, quò postea non est reversus, certè non potuit posteriorem in eâ urbe scripsisse. Qui verò Romæ tradunt, ut Atlansius in Synopsi, et Oecumenius in commentario, nimium distrahunt eam à priori, cum ex connexionæ argumenti, et ipsius personis in fronte epist. nominatis, satis constat hanc post illam brevi temporis intervallo scriptam esse. Quare verisimilius putamus cum cardinale Baronio hanc quoque, sicut priorem, è Corintho, ubi Paulus, teste Lucâ, Act. 18, sesquiquingenta resedit, missam fuisse. Per quos autem missa herit, incertum est. Argumenta quidem Latina Titum diaconum et Onesimum acolytum nominant; verum si scripta est epistola priusquam Paulus Romam veniret, ubi in vinculis Onesimum Christo genuit, nulla ratio est, cur per eum missa dicitur.

## CAPUT PRIMUM.

1. Paulus et Silvanus, et Timotheus, Ecclesiae Thessalonicensium, in Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

2. Gratia vobis et pax à Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

3. Gratias agere debemus semper Deo pro vobis, fratres, ita ut dignum est, quoniam supercrescit fides vestra, et abundat charitas uniuscujusque vestrum in invicem:

4. Ita ut et nos ipsi in vobis gloriemur in Ecclesiis Dei, pro patientiâ vestrâ, et fide, et in omnibus persecutionibus vestris et tribulationibus, quas sustinetis,

5. In exemplum justitiae Dei, ut digni habeamini in regno Dei, pro quo et patimini:

6. Si tamen justum est apud Deum, retribuere tribulationem iis qui vos tribulant,

7. Et vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum in revelatione Domini Jesu de caelo cum angelis virtutis ejus,

8. In flammâ ignis dantis vindictam iis qui non noverunt Deum, et qui non obediunt Evangelio Domini nostri Jesu Christi:

9. Qui poenas dabunt in interitum aeternum à facie Domini, et à gloria virtutis ejus,

10. Cum venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt, quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo.

11. In quo etiam oramus semper pro vobis, ut dignetur vos vocatione suâ Deus noster, et impleat omnem voluntatem bonitatis, et opus fidei in virtute,

12. Ut clarificetur nomen Domini nostri Jesu Christi in vobis, et vos in illo, secundum gratiam Dei nostri, et Domini Jesu Christi.

## ANALYSIS.

In hoc capite tria facit Apostolus: Deo gratias agit, Thessalonicenses solatur, orat pro ipsis.

1<sup>a</sup> Salutatione praemissa, v. 1 et 2, pro fidei et charitatis Thessalonicensium augmento, mediis etiam in persecutionibus, Deo gratias agit continuas, v. 3 et 4.

2<sup>a</sup> Spe futurorum solatur eos, animique magnitudinem excitat, asserens quòd condigna suâ patientiæ premia recipiant; illorum verò persecutores dignos dabant

## PARAPHRASIS.

1. Paulus et Silvanus, seu Syllas, et Timotheus, Thessalonicensium Ecclesiae, in Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo existunt.

2. Gratia vobis et pax detur ac multiplicetur à Deo Patre nostro, et à Domino Jesu Christo.

3. Dehemus gratias Deo semper agere pro vobis, ut par et aequum est, quòd fides vestra supra modum accrescat, et uniuscujusque vestrum charitas in proximum suum magis ac magis multiplicetur.

4. Adeo ut et nos ipsi apud alias Ecclesias Dei gloriemur de vobis, de fide vestrâ, et de vestrâ patientiâ in omnibus persecutionibus et tribulationibus vestris;

S. S. XXIV.

## CHAPITRE PREMIER.

1. Paul, Silvan et Timothée, à l'Eglise de Thessalonique, qui est en Dieu notre Père, et en Jésus-Christ notre Seigneur.

2. Que Dieu notre Père et le Seigneur Jésus-Christ vous donnent la grâce et la paix.

3. Nous devons, ô frères, rendre par vous à Dieu de continuelles actions de grâces; et il est bien juste que nous le fassions, puisque votre foi s'augmente de plus en plus, et que la charité que vous avez les uns pour les autres s'accroît tous les jours;

4. De sorte que nous nous glorifions en vous dans les Eglises de Dieu, à cause de la patience et de la foi avec laquelle vous demeurez fermes dans toutes les persécutions et les afflictions qui vous arrivent,

5. Qui sont les marques de son royaume, pour lequel nous rendre dignes de son royaume, pour lequel aussi vous souffrez,

6. Car il est bien juste devant Dieu qu'il afflige à leur tour ceux qui vous affligent maintenant;

7. Et qu'il vous console avec nous, vous qui êtes dans l'affliction, lorsque le Seigneur Jésus descendra du ciel et paraîtra avec les anges de sa puissance,

8. Lorsqu'il viendra au milieu des flammes se venger de ceux qui ne connaissent point Dieu, et qui n'obéissent point à l'Évangile de Notre-Seigneur Jésus-Christ,

9. Qui souffriront la peine d'une éternelle damnation, étant confondus par la face du Seigneur, et par la gloire de sa puissance,

10. Lorsqu'il viendra pour être glorifié dans ses saints, et pour se faire admirer dans tous ceux qui auront cru en lui, puisque le témoignage que nous avons rendu à sa parole a été reçu de vous dans l'attente de ce jour-là:

11. C'est pourquoi nous prions sans cesse pour vous, et nous demandons à notre Dieu qu'il vous rende dignes de sa vocation, et qu'il accomplisse, par sa puissance, tous les desseins favorables que sa bonté a sur vous, et l'œuvre de votre foi;

12. Afin que le nom de Notre-Seigneur Jésus-Christ soit glorifié en vous, et que vous soyez glorifiés en lui, par la grâce de notre Dieu, et du Seigneur Jésus-Christ.

poenas in die iudicii, v. 5, 6, 7.

Christi Domini, ut iudicis, adventum ita depingit, ut duos illius fines exprimat; infideles scilicet et impios punire, sanctos glorificare, v. 8, 9, 10.

5<sup>a</sup> Orat pro Thessalonicensibus, ut Deus eos suâ vocatione dignos efficiat, suâque gratiâ opus fidei compleat in ipsis; ut in illis Deus glorificetur; v. 11, 12, 13.

5. Quas patimini, seu vos pati sinit Deus; ut in vobis ostendat justum suum in impios iudicium futurum, et ut vos regno suo dignos reddat.

6. Si quidem justum est coram Deo vos affligentibus afflictionem rependere;

7. Vobis autem afflictis concedere requiem, seu solatium nobiscum apostolis; cum scilicet apparebit Dominus noster Jesus Christus, descendenteque de caelo cum angelis virtutis suae ministris.

8. In medio ignis flammæ ultionem facturum de iis qui Deum non noverunt, et de iis qui non obediunt Evangelio Domini nostri Jesu Christi.

9. Qui poenas luent, interitum scilicet aeternum, (Quarante-trois.)

quem promittit ob Domini, et exsequetur magna virtus ejus, seu gloriosa et terribilis illius omnipotentia :

10. Cum venerit in sanctis suis glorificari, et mirificari in omnibus fidelibus, et consequenter in vobis qui predicationi nostrae de die illa credidistis.

11. Propterea semper pro vobis oramus, ut vos Deus

nostrer vocatione sua (ad hanc scilicet gloriam) dignos efficiat; et sic implet aeternum bonitatis suae beneficium (quo vos elegit), et divina gratiae suae potentia opus fidei perficiat in vobis;

12. Ut in vobis glorificetur Dominus noster Jesus Christus, et vos per gratiam Dei nostri et Domini Jesu Christi sitis etiam in illo glorificati.

## COMMENTARIA.

VERS. 1. — PAULUS ET SILVANUS... Idem exordium ac in prima Epistola ad Thessalonicenses, quam vide.

ECCLESIAE THESSALONICENSIS, IN DEO PATER..., id est, Ecclesia Thessalonicensium christianae, seu gratia Dei Patris et Domini nostri Jesu Christi existenti; et quam adoptavit Deus, fidelium Pater, et quam Dominus noster Jesus Christus, auctor fidei nostrae, et animarum episcopus, ad fidem vocavit, sicut per baptismum adunavit, suum corpus effudit, sanctoque Spiritu suo amavit. Hoc est in Deo existere: talis est omnis Ecclesia verè christiana, seu in Deo existens. Talis sit ergo unusquisque christianus: sit in Deo Patre per adoptionis gratiam, sit Christo, Dei Filio, adunatus ut membrum capiti suo; sit a Spiritu sancto animatus et actus. Recordatur semper se, per baptismum, esse Dei filium, Christi membrum, Spiritus sancti habitaculum; vivat itaque ut Dei filius, ut alter Christus; agat in Spiritu sancto, aut potius agatur a Spiritu sancto.

VERS. 2. — GRATIA VOBIS... Vide primam Epistolam.

VERS. 3. — GRATIAS AGERE DEBEMUS... In prima Epistola ad Thessalonicenses, D. Paulus fidem et charitatem Thessalonicensium laudavit; hic utriusque virtutis laudat incrementa; haec ergo altera posterior, et verè secunda.

Ex hac Apostoli laude et gratiarum actione disce quod fides et charitas sint verè Christiani divitiae, semper optandae, semper augendae, et pro quarum acquisitione, conservatione et incremento (sive fiat in nobis, sive in aliis) gratiae Deo semper agendae. Sed, inquit, unde agnoscam illud augmentum fidei? Quando pro ea grave quid patimur, ait D. Joannes Chrysostomus; quando in tentationum inundatione non submergimur, sed supererecti fides nostra.

UPERERECIT. Nota hoc verbum, altitudinis excessum indicat, ait Theophylactus ex sancto Chryso-

VERS. 1. — Paulus, et Silvanus, etc. Addens nostro, significat Deum, qui Christi pater est, ut filii naturalis, etiam nostrum esse patrem et filiorum adoptionis; per hoc inmere volens dignitatem vocationis nostrae, quod vocati sumus in societatem et fraternitatem Filii Dei.

VERS. 2. 5. — Gratia vobis et pax à Deo Patre nostro... Gratias agere debemus semper Deo pro vobis, fratres. Semper, id est, assidue, quam frequentissime. Ita ut dignum est. Ut par est, uti postulat à nobis ratio in illis erga Deum.

Quoniam supererecti fides vestra. Id est, quod fides vestra vehementer augetur, quod in fide plurimum vestri sitis.

Et abundat charitas vestra, utique vobis in in-

stimo. Hoc seculum, vita praesens, est instar maris; saepe irruunt venti; fit tempestas, attolluntur crebra et densi fluctus: ad fidem recurre: illa sit tibi instar montis, quo fugiens inundationem tentationum superes; tunc supererescat fides tua, fluctibus aliorum fiat, sicut non submergeris.

VERS. 4. — ITA UT ET NOS IPSI IN VOBIS GLORIEREMUR... Non trislator, non dolet, non lamentatur Paulus ob fidelium tribulationes, sed pro illorum patientia Deo gratias agit, et apud alias Ecclesias ob illam gloriarur. Discamus hinc et nos gaudere et gloriarur in tribulationibus nostris, quippe quae iudicium, ostensio et demonstratio sunt justi iudicii quo Deus nos regno suo dignos reddit et iudicat.

VERS. 5. — IN EXEMPLUM IUSTI IUDICII DEI... Est quaedam in textu varietas: Graecus enim textus, fide puncto post verbum SUSTINETIS, habet *ἐξέταξεν τῶν δικαίων ἀποστόλων*, etc., iudicium certum iudicii Dei, ad dignos censeri vos regno Dei; et ita etiam legit D. Chrysostomus. Vulgata verò nostra habet sine puncto, *quas sustinetis in exemplum...* Legit noster interpret *ἐξέταξεν*, ita etiam legit Syrus, in eo et Theophylactus. Major est in explicando textu varietas, ob quam aliquandiu haesitavi: tandem mihi textum legenti, relegenti, et ad sequentia attendenti, occurrit explicatio, quam naturalem puto, et est sequens: *Quas sustinetis in exemplum iustii iudicii Dei...*; id est, quas patimini, seu quas Deus sinit vos pati, ut in vobis ostendat iustum suum in impios futurum iudicium.

UT DIGNI HABEAMINI IN REGNO DEI, id est, et ut vos suo regno dignos reddat. In his itaque verbis duos puto designari fines ob quos Deus sinit bonos à malis affligi: scilicet, ut in bonorum punitione Deus demonstrat praedictum sui futuri in impios iudicii; et ut iusti per patientiam mereantur regnum patientibus promissum. In hac explicatione omnia coherent: versus enim 6 et 7 sequentes explicant haec duo iudicij v. 5 membra, seu duos fines hic tactos, malorum

causa; et quod vestrum omnium charitas cuiusque in alterum exuberat, nimirum declarata quotidianis et frequentibus beneficiis, quae vobis multo impenditis.

VERS. 4. — Ita ut et nos ipsi in vobis glorieremur in Ecclesia Dei. Hoc est, ut nos ipsi de vobis glorieremur apud alias Ecclesias Dei, vestro exemplo cohortantes ceteros.

Pro patientia vestra, et fide, et in omnibus persecutionibus vestris, et tribulationibus, quas sustinetis. Patientia fidei adiungit, eo quod fide Christi, ac spe futurorum honorum ad ad ferentis per-secutiones animati fuerunt Thessalonicenses.

VERS. 5. — Quas sustinetis in exemplum iustii iudicii Dei, etc. In exemplum, id est, in documentum; et d. d. Vos qui tanta patimini, estis documentum, et ostenditis

scilicet punitionem, et bonorum requiem et solatium. Ad idem collimant versus 8 et 9, ubi de malorum punitione, et versus 10, ubi de bonorum gloria; et idèo hanc dixi naturalem; sed ad verba: *In exemplum*, id est, in praedictum iustii iudicii in impios, scilicet qui vos persequuntur, futuri: si enim et in vos justos Deus nunc apparet severissimus, quanto severior erit aliquando in impios qui vos iniuste persequuntur? *Si in viridi ligno...*, in arido quid fiet? Si iustus non parcat, sed eos punit Deus ut purificet et amplius sanctificet, quomodo puniet impios nunquam purificandos, nec convertendos? De hoc iudicio Dei in impios vide primam D. Petri, cap. 4, v. 17, 18, etc. *Ut digni habeamini in regno Dei*. Ad horum verborum clariorum intelligentiam.

## Observatio litteralis et moralis.

Suppono ex D. Paulo, Act. 14, v. 21, quod per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, seu quod Deus suum nobis regnum promisit sub conditione patienti: *Sicut oportuit pati Christum, et ita, etc.*, sic oportet pati Christianum. Tribulationes autem et persecutiones quolibet sustinebat Christiani Thessalonicenses; adimplebant ergo conditionem sub qua promissum illis erat regnum. Illorum itaque passiones erant certum iudicium, ostensio et demonstratio iustii iudicii Dei quo illis regnum suum, etiam ex iustitia, adjudicaturus est, seu quo illos regno suo dignos iudicabit, quasi diceret Apostolus: Deus regnum aeternum promisit iis qui pro fide patienter ex charitate; vos, o Thessalonicenses, pro fide omnia tribulationum et persecutionum genera patimini, nec minus constantes estis quam fideles. Quod ergo Deus ex misericordia et liberalitate promisit, illud vobis nunc ex iustitia et fidelitate debet. Tribulationes ergo vestrae certum sunt iudicium iustii iudicii quo vobis Deus regnum suum ex iustitia dabit; seu cum nostrà vulgata: *Patimini ergo, ut ostendatur iustum iudicium, quo Deus vos regno suo dignos iudicabit.*

Quanta et quam mira hinc afflictis consolatio! Afflictio meo certum est iudicium, declaratio, ostentamen et demonstratio iustii iudicii Dei quo Dei regno dignus iudicabor in fine mundi, palam, coram angelis et hominibus. Afflictio mea nunc parit in me regni Dei meritum, ipsum regnum aliquando paritura. *Momentaneum et leve tribulationis nostrae aeternum gloriae pondus operatur in vobis.* Verè itaque afflictio mater gloriae. Verè itaque crux amabilis et desideranda.

VERS. 6 et 7. — SI TAMEN IUSTUM EST APUD DEUM. Graecè, *siquidem*. Syr., *quandoquidem iustum est*, etc.; itaque si non est hic dubitantis, sed certissime affirmantis; quasi diceret Apostolus: Etiam si naturalis sequi-

rectum esse iudicium Dei, eum ob tantas tribulationes retribuunt vobis regnum aeternum: hoc enim iusto Dei iudicio tantum patientibus debetur.

VERS. 6. — Si tamen iustum est apud Deum, etc. Ergo patientia haec meretur hanc gloriam, sicut scelera penam; ergo est meritum bonorum operum.

VERS. 7. — Et vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum, scilicet à pressuris huius mundi, quam Joannes vocat requiem à laboribus, Apoc. 14.

tas et ipsa recta ratio, etiam apud homines, postulat ut alios iniuste vexantibus retribuatur vexatio, et iniuste vexatis concedatur requies et à penis relaxatio, quanto magis aequum est apud Deum, ipsiusque tum iustitia, tum bonitate, dignum ut iis qui propter fidem iniuste persequuntur penas rependat debitas, vobis autem propter se tribulatis det requiem! Si autem hoc exigit ipsa naturalis aequitas et recta ratio, tum apud homines, tum apud Deum, etiam nulla Dei propter fidem patientibus facta foret promissio, et nulla alios iniuste persequentibus comminatio, quanto magis ubi supponitur facta à Deo malis omnibus et iniustus inferni comminatio, et bonis propter fidem patientibus regni caelestis repressio! Bona itaque: estote animo, constantes estote; *tenete capita vestra, appropinquate redemptioni vestrae*, dies in quibus et vestris persecutoribus Deum reddet debitas penas, et vobis propter Deum patientibus requiem et gaudium aeternum.

NOBISCUM, id est, cum ipsis apostolis, quorum gloria participes eritis, sicut et passionum socii nunc estis. Eandem ac apostoli fidem habetis, itaque si eadem ac Apostoli pro fide patimini, eadem ac ipsi gloria fruemini.

Collige hic dispersas in verbis Apostoli consolationes. Primò, Thessalonicenses solatur cum pro fidei et charitatis illorum augmento gratias agit. Secundo, cum apud alias Ecclesias eadem de causis gloriarur. Tertio, cum afflictiones illorum vocat iudicium, praedictum futuri in eorum persecutores iudicii Dei. Quarto, cum eadem passiones dicit esse meritum regni caelestis et demonstrationem futurae eorum beatitudinis. Quintò, cum affirmat quod haec beatitudo cum ipsis apostolis fruatur. *Nobiscum*, cum consolatio ex parte societatis.

IN REVELATIONE. Adest temporis designatio quo fiet et malorum punitio et bonorum remuneratio. Intelligence tempus quo generaliter perferet et palam eorum angelis et hominibus fiet bonis et malis aequa retributio, in corpore et in animà: singulis enim animabus in articulo mortis fit haec retributio. *In revelatione DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI*, id est, cum veniet et apparebit palam, omnibusque conspicuus ut Deus et Dominus Jesus Christus. Breviter describit majestatem venientis ad iudicium, de quo fuisit in primà ad Thessal. 4, v. 15, quem vide.

DE CAELO. Vide ibi dicta.

CUM ANGELIS... Comitabuntur eum angeli, eruntque virtutis sui ministri, omniaque sua iussa exsequentur.

VERS. 8. — IN FLAMMA IGNIS. Graecè: *in igne flammae*,

*In revelatione Domini Jesu de caelo*, cum Christus apparebit iudex in die iudicii, cum angelis virtutis ejus; id est, potentiae, cum virtute, id est, exercitu angelorum; qui potentissimas secum ducent acies angelorum ad iudicium et vindictam impiis.

VERS. 8. — *In flamma ignis dantis vindictam iis*, etc.; q. d.: Dominus Jesus per flammam ignis dabit vindictam impiis.

id est, flammeo. Ubi egit de ministris, angelis scilicet, stam et de instrumento quo ad impios puniendos utetur, igne nimirum urente simul et lucente, et ideò aspectu et contactu torquente.

**DANTIS VINDICTAM.** *Dantis* refertur ad *Domini Jesu*, non ad *ignis*; patet ex Græco. Sensus est: Cùm veniet in medio ignis flammæ, ultionem factorus de iis qui Deum non noverunt, et de iis qui noverunt quidem, sed ejus Evangelio non obediunt, id est, et de infidelibus, quibus vel predicatum non fuit Evangelium, vel illud non receperunt, et de fidelibus illis qui receperunt quidem Evangelium, sed secundum illud vitam suam non instituerunt, imò factis fidem negarunt. Duo itaque ad salutem necessaria, scilicet Evangelio credere et Evangelio obedire; et non minus, imò gravius punientur Evangelio inobedientes quam Evangelio non credentes: *Servus qui scit voluntatem Domini et non facit, vapulabit multis.*

**VERS. 9.** — *QUI PŒNAS DABUNT IN INTERITU ATERNAS.* GRÆC.: *Qui pœnam luent interitum æternum.* Sensus est: Pœnas luent mortis æternæ: ita miseri erant ac si semper interirent, seu interitis et agonie dolores in æternum sentient. Proprie interibunt nunquam, seu esse non desinent, sed interitis pœnas semper luent, et in æternum.

**A FACIE DOMINI.** id est, ab ore et sententiâ Christi Domini. Vide paraphrasim. Vel hanc pœnam recipient in judicio, ab ipso et solo aspectu Domini. Tanta erit ejus majestas et gloria, tanta virtus et potentia, adeò terribilis aspectus omnibus impiis ob iram et indignationem, ut ejus presentiam ferre non valentes, mortis æternæ pœnas et agoniam æternam, ex ipsius solo aspectu luituri sint.

*Observatio litteralis et moralis.*

**A facie Domini.** Facilitatem declarat, ait Theophylactus: satis est visum esse Deum, et inobedientes in pœna erunt. Magno non opus est negotio ad perdendos scilicet impios, quos sola pessumdabit Domini presentia; aliis quidem est lux, aliis verò supplicium, S. Chrysostomus. Hæc ergo eadem Domini facies, presentia, majestas, seu aspectus, qui letificat ac beatificat sanctos, torquet et occidet impios. Unde hæc effectuum diversitas? Ex diversâ bonorum et malorum dispositione.

Sicut eadem lux solis oculum sanum recreat, agrum torquet, ita sancti, quia sancti et mundi corde, Deum,

**VERS. 9.** — *Qui pœnas dabunt in interitu æternas.* Id est, interitum et mortem æternam luent, etc.; *a facie Domini.* id est, a presentia, vel ab ore et sententiâ Christi judicis.

*Et a gloria virtutis.* id est, roboris et potentie, ejus; id est, a majestate gloriosâ, terribili et potentissimâ Christi judicis.

**VERS. 10.** — *Cùm venerit glorificari in sanctis suis.* Cùm venerit Dominus ut glorificetur, id est, gloriosus appareat, in sanctis suis. Quod nimirum fiet dum eos ad glorie suæ similitudinem evehet, et membra capit, hoc est, sibi ipsi reddet conformia.

*Et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt.* Et ut appareat admirandus in fidelibus suis, dum eos, olim abjectos et miseros, usque ad miraculum claros et elatos efficit. Mirificandus dicitur Dominus propter

sanctitatem ipsam videntes, gaudent et vivunt; impii, quia impii et immundi corde, Deum, munditatem ipsam videntes, torquentur et interitis dolores sentiunt. *Beati ergo mundo corde...* quoniam ipsi Deum videbunt; et, quia mundi Deum summum bonum videntes, possidebunt. Væ immundis corde, quoniam et ipsi Deum videbunt, at Deum mundum immundi videntes agnoscant, mortis æternæ pœnas luent. Quid est ergo Deus? Non minus perversorum pœna, quam humilium gloria; lux est enim. Hoc divinitus explicat D. Bernardus, lib. 5 de Consid., cap. 12; vide divinum hoc caput.

Quod D. Paulus hic dicit de Domini presentia, quoad malorum supplicium in judicio ultimo, idem intellige et de judicio quod fit in mortis articulo. *A facie Domini* pœnas lunt impii; a Dei gloria, sanctitate et justitiâ, sic reverberantur in instanti mortis, ut ab eâ quasi fulmine icti et prostrati curgent in gehennam, idque suâ quasi sponte, scilicet ut fugiant majestatem, cujus fulgorem ferre non valent. Sicut nocturne fugiunt solem, tenebras querunt; conformiter ad verbum Domini: *Montes cadite super nos...*

**VERS. 10.** — *CUM VESERIT GLORIFICARI...* Duo ob fines fiet generale judicium: primo, ut puniantur mali, et de hoc in versibus superioribus; secundo, ut remunerentur sancti, de quo hic. *Cùm venerit* ad sanctos suos premiandos, et ad tantam gloriæ suæ participationem evehendos, ut et ipse ob hanc suæ gloriæ irradiationem in sanctis suis admirabiliter gloriosus videatur. Græc., *nirificari*, id est, admirandus fieri, seu dignus quem admiretur alii. Hujus gloriæ sanctorum aspectus agebit impiorum dolorem; videntes, turbabuntur timore horribili... dicentes: *Hi sunt quos habuimus in derisum. Nos insensati!*.... Sap. 5.

**QUA CREDITUM EST...** Quod de omnibus fidelibus dixit, adaptat Thessalonicensibus. Supplendum itaque: *et in vobis*; hoc enim continetur in omnibus. Seu è quibus vos estis, quia testimonium nostrum, seu predicatio nostra credita est à vobis de die illâ.

**SCPER VOS,** id est, inter vos, apud vos, à vobis; in illa die, de die illâ.

**VERS. 11.** — *In quo etiam oramus... Syt., propterea.* Quapropter, seu ut Christus sic in vobis glorificetur, SEMPER PRO VOBIS ORAMUS.

**UT DIGNETUR VOS VOCATIONE SUA DEUS NOSTER.** Id

excellentiâ gloriæ quâ sanctos suos donabit. Unde et de impiis iustorum gloriam conspicietur dicitur, Sap. 5: *Quod mirabuntur in subitanea inspiratæ salutis.*

*Quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo.* Id est, predicatio nostra fide suscepta est à vobis, cum spe retributionis in illo die percipiendæ, scilicet, adventus Domini.

**VERS. 11.** — *In quo etiam oramus semper pro vobis.* Ad quam rem, scilicet ut etiam in vobis Christus cum venerit, glorificetur, et admirabilis fiat, nos Deum assidue pro vobis oramus, id petentes quod sequitur:

*Ut dignetur vos vocatione suâ Deus noster; q. d.: Oro ut Deus suam vocationem et gratiam vocantem, quâ vos ad Christi fidem, salutem et glorificandam*

est, ut vos Deus noster dignos efficiat suâ vocatione, seu quâ vos jam vocavit ad fidem et ad gratiam, et per eam ad hanc excellentem gloriam; dignos, inquam, efficiat per sanctam in fide, charitate, bonis operibus et in patientiâ perseverantiam. Græc. non habet *suâ*, sed tantum, *vocatione*, cum articulo, quem aliqui vertunt, *istâ*. Syrus vertit: *Vestrâ vocatione.*

**ET IMPLEAT OMNEM VOLUNTATEM BONITATIS SUÆ.** GRÆC.: *Omne bonam voluntatem bonitatis.* *Èpistola ad Thessalonicenses.* S. Anselmus, Vatablus et alii intelligunt bonam hominis voluntatem; quasi diceret: Oro Deum ut faciat vos velle omne bonum. Syrus: *Et adimpleat vos omni voluntate bonorum operum, et actionibus fidei in virtute.* Theophylactus: *Ut quidquid ei placuerit, impleatur in vobis, et omne bonum transigatis.* Alii: *Perficiat in vobis omnem bonitatem sibi gratam.*

vocavit, conservet, adaugeat, perficiat, etc. *Et impleat omnem voluntatem bonitatis.* Sensus est: Et ut compleat æternum beneplacitum bonitatis suæ, quâ vos elegit ad consortium gloriæ Christi.

*Et opus fidei in virtute.* Subaudi, implet. Et ut in vobis perficiat, et ad finem perducat *opus fidei*, id est patientiam in adversis, per quam maxime fidei virtus potenter, idque faciat in virtute, seu potentia, id est, in tolerandis adversis pro Christi nomine.

**VERS. 12.** — *Ut clarificetur nomen Domini nostri Je-*

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.*

**1°** Nota quid sit Christianus, scilicet Dei filius, Christi membrum, Spiritus sancti habitaculum. Tantique honoris memor, vive ut filius Dei, ut alter Christus, ut à sancto Spiritu animatus et actus. Vide in commentario, v. 1.

**2°** Disce quæ sint veri Christiani divitiæ, semper optandæ, semper augendæ; fides scilicet et charitas. Hujus veritatis memor, roga frequenter cum Apostolis: *Domine, adauge fidem.* Vide v. 2, in commentario. Ibidem vide et nota unde possit agnosci augmentum fidei; scilicet, si in tentationum inundatione non submergeris, sed supercrescit fides tua.

**3°** Nota solidam et christianam in afflictionibus consolationem. Afflicto certum est iudicium justitiae quod Deus nos suo regno dignos iudicabit in fine mundi. Vide dicta v. 5, in commentario. Afflicto nunc in nobis meritum parit, regnum æternum ali-quando paritura. Crux itaque verè preciosa, verè desiderabilis.

**4°** Disce quid sit Deus; quomodo manens semper idem, bonorum tamen est vita, malorum mors et supplicium æternum. Lux est æterna, idè sanctorum vita æterna, idè et perversorum pœna æterna. Sicut eadem solis lux oculum sanum recreat, agrum

## CAPUT II.

1. Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi, et nostræ congregationis in ipsum:

2. Ut non citò moveamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermo-

Communiis, et, ut puto, melius intelligitur de bonâ Dei voluntate, quæ dicitur hic *bona voluntas bonitatis*, seu benevolentie, seu benevolentissimâ, quasi satis deprecari nequeat; sit itaque voluntas: Et hæc sancta, quam dixi, perseverantia, adimpleat Deus in vobis omnem bonam voluntatem misericordie suæ, quæ scilicet vos elegit ab æterno, vosque vocavit in tempore.

**ET OPUS FIDEI.** Demum divini gratiâ, vos illuminando scilicet, demulcendo et roborando, perficiat *opus fidei*, seu salutis, quod in baptismo inchoatum est.

**VERS. 12.** — **UT CLARIFICETUR...** Ut in vobis glorificetur Christus, et in Christo: utrumque autem per GRATIAM DEI NOSTRI ET DOMINI JESU CHRISTI.

*su Christi in vobis.* Hæc, inquit, peto vobis à Deo præstari, ut in vobis, et per vos Christus Dominus noster laudetur et glorificetur etiam in seculo. *Et vos in illo.* Finem secundarium adiungit, qui est, ut ipsi vicissim glorificentur in Christo, id est, per Christum. Nam sicut servorum virtus gloria Domini est, ita è diverso dignitas et excellentia Domini servos efficit gloriosos.

*Secundum gratiam Dei nostri, et Domini Jesu Christi.* Extremâ hæc parte totum refert ad gratiam, id est, gratuitam beneficentiam Dei tanquam largitoris; et Christi Domini, vel ius hoc nobis promeriti.

torquet. Disce ergo unde hæc vite et mortis diversitas: ex diversâ bonorum et malorum dispositione, ex cordis scilicet munditiâ et immunditiâ. Omnem itaque immunditiam horre; omnimodæ munditiæ stude. Hinc disce quantâ facilitate Deus premiat et torquet. Satis est visum esse Deum. *A facie Domini* justis vita, impiis æterna agoniam. Vide in commentario dicta, v. 9, observ. litter. et moral.

**3°** Ex v. 12 æternitatis religionem concipe. In æternum Christus, sanctorum caput, glorificabitur in sanctis; in æternum sancti, membra Christi, glorificabuntur in Christo, capite suo: Christus autem et sancti, caput et membra, seu totum Christi mysticum corpus, Deum benedicent, et glorificabunt. Et hæc est æternitatis religio ad quam tendit Christianismus, quasi tyrocium. Ad hanc tendit Christiani dignitas, de quâ in versu primo. Ad hanc disponit afflictio christiane tolerata, de quâ v. 4 et 5.

Da mihi, ô Deus misericors, mei nunc tyrocium munia sic adimplere, ut in hæc æternitatis perfectam religionem aliquando merear admitti; te benedicam, adorem, diligam, glorificem in æternum, in Christo, cum Christo, et cum omnibus Christi membris. Amen.

## CHAPITRE II.

1. Or nous vous conjurons, nos frères, par l'avènement de Notre-Seigneur Jésus-Christ, et par notre réunion avec lui,

2. Que vous ne vous laissiez pas légèrement ébranler dans votre premier sentiment, et que vous ne vous troubliez pas, en croyant, sur la foi de quelque

nem, neque per epistolam tanquam per nos misam, quasi instet dies Domini.

3. Ne quis seducat alio modo, quoniam nisi venerit discessio prima, et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis.

4. Qui adversatur, et extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus.

5. Non refraetis quod cum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis?

6. Et nunc quid detineat scitis, ut reveletur in suo tempore.

7. Nam mysterium jam operatur iniquitatis : tantum ut qui tenet nunc, teneat donec de medio fiat.

8. Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui cum :

9. Cujus est adventus secundum operationem Satanae, in omni virtute, et signis, et prodigiis mendacibus,

10. Et in omni seductione iniquitatis illis qui pereunt : eo quod charitatem veritatis non receperunt ut salvifcerent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio :

11. Ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.

12. Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti à Deo, quod elegerit vos Deus primitias in salutem, in sanctificatione Spiritus et in fide veritatis.

13. In qua et vocavit vos per Evangelium nostrum, in acquisitionem glorie Domini nostri Jesu Christi.

14. Itaque, fratres, stete : et tenete traditiones, quas didicistis sive per sermonem, sive per epistolam nostram.

15. Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, et Deus et Pater noster, qui dilexit nos, et dedit consolationem eternam et spem bonam in gratia,

16. Exhortetur corda vestra et confirmet in omni opere et sermone bono

esprit prophétique, ou sur quelques discours, ou sur quelque lettre qu'on supposeroit venir de nous, que le jour du Seigneur est près d'arriver.

3. Que personne ne vous séduise : en quelque manière que ce soit : car ce jour-là ne viendra point, que la révolte et l'apostasie ne soit arrivée auparavant, et qu'on n'ait vu paraître cet homme de péché, qui doit périr misérablement.

4. Qui, s'opposant à Dieu, s'élèvera au-dessus de tout ce qui est appelé Dieu, ou ce qui est adoré, jusqu'à s'asseoir dans le temple de Dieu, voulant lui-même passer pour Dieu.

5. Ne vous survenit-il pas que je vous ai dit ces choses lorsque j'étais encore avec vous ?

6. Et vous savez bien ce qui empêche qu'il ne vienne, afin qu'il vienne en son temps.

7. Car le mystère d'iniquité se forme dès-à-présent ; mais que celui qui a la foi la conserve jusqu'à ce que cet homme soit détruit.

8. Et alors se découvrira l'impie, que le Seigneur Jésus détruira par le souffle de sa bouche, et qu'il perdra par l'éclat de sa présence :

9. Cet impie qui doit venir accompagné de la puissance de Satan avec toutes sortes de miracles, de signes et de prodiges trompeurs,

10. Et avec toutes les illusions qui peuvent porter à l'iniquité ceux qui périssent, parce qu'ils n'ont pas reçu et aimé la vérité pour être sauvés. C'est pourquoi Dieu leur enverra des illusions si efficaces, qu'ils croiront au mensonge,

11. Afin que tous ceux qui n'ont point cru la vérité, et qui ont consenti à l'iniquité soient condamnés.

12. Mais quant à nous, ô frères chéris du Seigneur, nous nous sentons obligés de rendre pour vous à Dieu de continuelles actions de grâces, de ce qu'il vous a choisis dès le commencement pour vous sauver par la sanctification de l'Esprit-Saint, et par la foi de la vérité,

13. Vous appelant à cet état par notre Evangile, pour vous faire acquérir la gloire de Notre-Seigneur Jésus-Christ.

14. C'est pourquoi, nos frères, demeurez fermes, et conservez les traditions que vous avez apprises, soit par nos paroles, soit par notre lettre.

15. Que Notre-Seigneur Jésus-Christ, et Dieu notre Père, qui nous a aimés, et qui nous a donné, par sa grâce, une consolation éternelle et une si heureuse espérance,

16. Console lui-même vos cœurs, et vous affermisse dans toutes sortes de bonnes œuvres, et dans la bonne doctrine.

## ANALYSIS.

Ut medeatur Thessalonicensium terrori melè concepto de die iudicii extremi, quasi jamjam instante.

1<sup>a</sup> Rogat eos per hanc ipsam Domini nostri Jesu Christi, seu Salvatoris, et ideo desiderabilem adventum, ne os eum morentur, nec credant quod instet ; v. 1, 2.

2<sup>a</sup> Dat illis duo signa quæ hunc Domini adventum præcedere debent, quibus consequenter illius propinquitatem agnoscent. Primum est apostasia generalis ; secundum, Antichristus ; v. 3.

3<sup>a</sup> Antichristi describitur impietatem, factum, et in Deum ipsum sacrilegum elationem, v. 4. Dixi vobis quid illius impiissimi publicum retardat adventum, v. 5, 6. Ad id quod arcanè jam in suis figuris agit, donec cesset

## PARAPHRASIS.

1. Obscuramus vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi, et per nostram ad ipsum aggregationem,

2. Ut non citò, nec facili, vacilletis in doctrinâ (quam à me audistis, et hucusque tenuistis de die iudicii, et aliis), neque terreamini, quasi jamjam instet

illa dies. Ne, inquam, terreamini, neque per spiritum, tanquam propheticum, neque per sermonem, quasi à nobis prolatum ; neque per Epistolam, tanquam à nobis profectam.

3. Nec quisquam vos ullo modo decipiat : quoniam non veniet Christus ad iudicium, nisi prius contigerit apostasia (generatis à fide), et palam et publice apparuerit Antichristus, peccator ille sceleratissimus, et ideo eternè damnatione dignissimus.

4. Sceleratissimus, inquam, qui Deo et Christo in omnibus adversatur, et extollitur adversus omne quod dicitur Deus aut adoratur (quasi sit ipse omni Deo major), ita ut in templo Dei sedeat ut Deus, et se ut Deum ostentans.

5. Nonne meministis quòd hæc dicebam et exponeram vobis cum essem apud vos ?

6. (Ex his que vobis præsens dixi,) nòstis quæ sit causa cur tardet, ut congruo tamen tempore sit appariturus.

7. Dixi, appariturus : jam enim arcanè et figuratè agit et operatur iniquus ille (in suis figuris), donec è medio tollatur, seu amoveatur id quod detinet non veniat.

8. Et tunc in lucem prolabit iniquus ille Antichristus, quem Dominus Jesus Christus interficiet solo jussu et nutu suo ; et solà irradiatione glorie suæ destruet cum :

9. Cujus adventus et omnis operatio erit per efficaciam Satanae, omnem suam potentiam in ipso et per

## COMMENTARIA.

VERS. 1. — ROGAMUS AUTEM VOS, FRATRES, PER ADVENTUM DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI. In præfatione hujus Epistolæ dixi cur et quomodo Thessalonicenses turbati sunt et commoti, quasi jamjam instaret dies Domini, adventus scilicet ad iudicium. Ut huic eorum morbo nunc medeatur Apostolus, ipsâ suâ locutione remedium præparat et porrigit. Observa itaque locutionem. Rogamus autem vos, fratres, per adventum, etc.; quasi diceret: Per hunc ipsum quem creditis, sed reverentini, adventum Domini nostri Jesu Christi.

ET NOSTRE CONGREGATIONIS IN IPSUM. Et per hæc, quam speratis simul et reformidatis, nostram ad eum aggregationem (rapimur enim obviam Christo in æra, et sic semper cum Domino erimus); 1 ad Thess. 4, v. 27: Per hæc, inquam, duo vos rogo et obsecro.

## Obsecratio moralis.

Sanè non rogamus per terribilia, sed per chariora et maxime desiderabilia. Hæc igitur obsecratio per adventum Domini nostri Jesu Christi, scilicet cum ipsum ad eum aggregationem, docet Thessalonicenses, et nos Christianos, adventum Domini sperare potius quam timere; desiderare potius quam fugere. Do-

VERS. 1. — Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi, scilicet cum ipsum quem venerabatur ut terribilem.

Et nostre congregationis in ipsum, Christum scilicet.

ipsum exerceatis, per quanta poterit signa et prodigia falsa :

10. Ut omni arte et fallaciâ seducant ad iniquitatem eos qui culpâ suâ pereunt, eò quòd (Christum) veritatem et charitatem ipsam non receperunt, per quem salvi facti fuissent. Ideò Deus mittet illis hunc impium qui præstigiis suis faciem sic faciet, ut credant mendacio :

11. Unde inexcusabiles erunt, et justissime damnabuntur omnes qui Christo Domino veritati non crediderunt, Antichristo ipsi iniquitati consenserunt.

12. Quantum ad nos, debemus Deo continuis agere gratias pro vobis, fratres à Deo dilecti, quia vos primitias ad salutem elegit, per Spiritum sanctum suum vos sanctificando, et veritatis fidem vobis inspirando.

13. Ad quam fidem et sanctitatem vocavit vos per nostram Evangelicam prædicationem, ut Jesu Christi, Domini nostri, gloriam acquiratis.

14. Itaque perseverate constantes in fide, fratres, et fideliter servate traditiones à nobis acceptas, sive per sermonem nostrum, sive per Epistolam nostram.

15. Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, et Deus, et Pater noster, qui dilexit nos, et gratiam suam nobis dando consolatus est nos spe honorum æternorum ;

16. Ipse, inquam, consolationem hanc imprimat cordibus vestris, vosque stabiliat in bonâ doctrinâ, et in omni opere bono.

minis noster est; ejus gloriam cur totis votis non exoptemus? Salvator noster est; in ejus adventum cur non totâ fiducia speremus? Cur ad eum non anhelemus?

Sed, inquis, peccator sum. — Respondeo: Ipse peccatorum Salvator est.

Instas: Peccavi multum. — Respondeo: Infinitis meriti Salvator est.

Urget: Spemini ferè opera mea mala fuerunt. — Respondeo: Omnes illius actus et passionis valoris infiniti fuerunt. Infideliorum non modo peccatorum et scelorum, sed et infideliorum mundorum redimendorum capacia et plusquam digna sunt illius merita. Ipse est propitiatus pro peccatis nostris, et non pro nostris tantum, sed et pro totius mundi; 1 Joan. 2, 2. Cur ergo non sperem in tantum et talem Salvatorem, dummodo me peccatorum moorum punteat?

Timeat peccator improbitus; speret peccator penitens. Spernit animam meam in Domino, quia copiosa opud eum redemptio; psalm. 129, 7. Quid optabilius Christiano quam Christum Dominum suum videre? Quid felicius membro quam Christo capiti suo adde-

Obscrat autem non solum per adventum Domini, verum etiam per fidelium ad eum aggregationem in adventu futuram, velut per rem summis votis exoptatam.

nari? *Veni itaque, Domine Iesu*; veni, o Saluator mundi. *In te, Domine, speravi*, etc.

Nota quoad litteram. Aliqui *ταρ* Græc. mutant in *ταρι*; seu *per adventum*, in, de adventu. Sed præterquam quod Græc. habet *ταρ*, et Syr. etiam, et aliæ versiones habent *per adventum*; hæc per adventum Domini obsecratio majorem vim habet, ut patet ex supradictis. *Et nostræ congregationis*. . . Subaudi et repete, *per adventum nostræ congregationis ad ipsum*.

VERS. 2. — *UT NON CITO MOVEAMINI*, id est, ne vacilletis, neque facili dimoveamini.

A VESTRO SENSU. Græc. *ἀπὸ τοῦ νοῦ*, a mente vestra, id est, a doctrina vobis à me tradita, et quam hucusque in mente tenuistis, de die iudicii et aliis mysteriis.

NEQUE TERREAMINI. Græc. *ταρβημῖν*, scilicet præ timore; hinc idem sensus.

NEQUE PER SPIRITUM. Amovet ea per que terrebantur, quasi diceret: Ne terreamini, licet quis dicat id sibi à Deo revelatum fuisse; id ne credatis. Hinc conicitur quod aliqui prophetas hæc de re simulabant.

NEQUE PER SERMONEM, NEQUE PER EPISTOLAM. Græc. non habet tanquam per nos missam, sed tanquam per nos; quod refertur ad utrumque, scilicet ad sermonem. et ad Epistolam, tanquam à nobis. Fingebatur ergo ali se à Paulo id audivisse; alii fingebant epistolam, tanquam à Paulo missam, quibus asserbat instare diem Domini.

VERS. 3. — *NE QVIS VOS SEDUCAT ULLO MODO*. Omnia in genere excelsi, quibus circa iudicii diem brevi, vel tardius, futuri possent decipi. Hæc de re unum certum, quod dixit Christus, scilicet: *Id nemo scit*. Quisquis contrarium dicit, deceptor est. Hoc igitur soli Deo cognitum relinquamus; interim, juxta Christi monitum, *vigilemus*; Dominum venturum, sicut servi fide es et vigiles, expectemus; ipsius adventum vivā fide in mente et in corde semper habeamus, ut ad eum per bona opera paratos nos exhibeamus: *Sint lumbi nostri præcincti, et lucernæ, etc.*

QUONIAM NISI VENERIT DISCESSIO PRIMUM. Astruit veritatem, scilicet quod non venit dies ille iudicii quin prius contigerit apostasia, et apparerit Antichristus. Duo itaque dat signa quibus non iudicii dies agnoscat, est enim omnibus prorsus incognita, solique Deo nota, sed quibus ipsius propinquitas certò poterit agnosci. Primum, erit apostasia. Secundum, erit apparitio Antichristi. Equidem D. Chrysostomus, Theophylactus, Theodoretus, et alii Græci, hæc duo redigunt ad

VERS. 2. — *UT NON CITO MOVEAMINI* à vestro sensu, id est, sententiâ, quam hæcenus habuistis, quamque à me edocti estis de die iudicii, de Antichristo, aliisque signis que illam diem præcurrunt.

Neque terreamini; Græcè, *ταρβημῖν*, sive conturbemini; neque per spiritum; id est, licetam revelationem, quasi spiritus sanctus prophetæ alieni revelari instare diem iudicii: has enim revelationes et prophetas jactabant hi pseudo-doctores.

Neque per sermonem, etc. Intellige, quasi à nobis

unum, voluntque ipsum Antichristum defectionem dici, quia multos faciet deficere, ita ut scandalizentur etiam, si fieri potest, electi: sed communiter et magis ad litteram ita distinguuntur, ut non eodem tempore credantur futura, sed primò fiet defectio; deinde apparebit Antichristus; denique Christus Dominus veniet ad iudicium. Quantum autem temporis intervallum inter hæc debeat intercepti, non docet Apostolus, sed hoc omissis, tacitissime inter hæc intervalla futuris eventibus, agit simul de his duobus signis, quia quædam causalitatis concatenatione sunt conjuncta; cum defectio adventum Antichristi promovet, nec ante eam venturus sit Antichristus.

#### Disquisitio litteralis.

Nisi venerit discessio. Græc. *ἀποστασία*. Quod sit hæc discessio, seu defectio, seu apostasia, non explicat Paulus, quia præsens explicaverat Thessalonicensibus, ut patet ex v. 5 et 6. Et, quia scriptis non explicat, mens ipsius in his et sequentibus versibus valde perplexa est, et nobis obscura, que Thessalonicensibus erat clarissima; eam coniectare licet, non scire: quis enim audeat clarum sibi promittere intelligentiam, ubi D. Augustinus suam fateatur ignorantiam? *Ego prorsus quid dixerit, fateor me ignorare*. D. Augustinus, de Civit. Dei, lib. 20, cap. 29. Tertullianus, D. Irenæus, et post ipsos, omnes communiter antiqui, opinati sunt fore defectionem, seu discessionem, ab imperio Romanorum, cui totus mundus erat tunc subditus. Sed cum temporale Romanorum imperium à longo jam tempore sit eversum, nec tamen apparerit Antichristus, ipsa patet experientia id de temporali hoc imperio intelligi non debere.

De quo itaque? De defectione à spirituali Romano imperio, seu de defectione generali à fide catholica Romanæ Ecclesie. Ita D. Thomas, et alii communiter. Dicendum, inquit D. Thomas, quod nondum cessavit Romanum imperium, sed est commutatum de temporali in spirituale: et idè dicendum quod discessio à Romano imperio debet intelligi non solum à temporali, sed à spirituali, scilicet à fide catholica Romanæ Ecclesie. Et hoc est conveniens signum quod sicut Christus venit quando Romanum imperium omnibus dominabatur, ita è converso signum Antichristi est discessio ab eo, D. Thomas. Suspicio est et opinio doctorum, non definitio Patrum, fateor; sed tamen opinio que in Scripturis fundata videtur, in quibus duo futura notantur. Primum, quod in toto orbe prædicabitur Evangelium, et ei credet, Matth. 24. Secundum, quod multi deinde decedent à fide. Et hæc à fide discessio, seu defectio profectum. Erant enim qui mentiebantur se ex ore Pauli audisse quod instaret dies Domini.

VERS. 3. — *NE QVIS VOS SEDUCAT ULLO MODO*, scilicet persuadendo Christum statim esse venturum.

Quoniam nisi venerit discessio primum; simple, non venit dies Domini. Discessio, id est, defectio et rebellio, quæ quis deficit à suo principe, illique rebellat scilicet illa insignis, plena et generalis, quæ scilicet plerique, et passim omnes gentes discedent, et deficient, tum à Romano imperio, tum consequenter à Romano pontifice et Ecclesia, tum denique à

populorum, via erit et præparatio adventus Antichristi.

Itaque omnia regna deficient aliquando à fide; deficient ab apostolica Petri sede, que centrum est fidei catholice; et hæc fidei defectio, hæc apostasia primum signum erit approximationis Christi ad iudicium. Quod etiam indicare videtur ipse Christus cum dixit: *Filius hominis veniens, putas, inveniet fidem?* Luc. 18.

ET REVELATUS FUERIT HOMO PECCATI. Primum signum nominavit Paulus, nobis verò non explicuit, secundum autem ita vivis depingit coloribus, ut à nemine, nisi voluntarie cæco, non possit non agnosci; designat enim personæ singularitatem, mores improbos, impietatem, superbiam, insolentiam, potentiam satanicam, præstigias, fallendi artes, tandem infelicem exitum. Quasi spiritu prophético prævidisset Apostolus futuram nostri temporis hereticorum impudentiam, eamque voluisset retardare. De qua vide v. 41. *Et revelatus fuerit*, id est, publicè et palam apparuerit ut rex, et universalis monarcha. *Homo*; à *ἄρσενος*, ille homo, id est, singularis homo; quasi diceret: Erit homo, non dræmon; erit singularis homo, non plures homines. Sed homo peccati, id est, sceleratissimus. Fons omnium peccatorum, ait D. Hieronymus. Omnium hominum pessimus, sicut Christus omnium optimus, ait D. Thomas: et idè

FILIUS PERDITIONIS, æternæ damnatione dignissimus. *Filius perditionis*, ex perditione quasi matre genitus. *Filius perditionis*, ad perendum natus, sicut Christus ad salvandum. Adsunt primi colores, quibus depingitur Antichristus. Erit homo singularis, sceleratissimus, perditioni destinatus, et ad perendum natus. Adduntur et secundi colores.

VERS. 4. — *QUI ADVERSATUR, ET EXTOLLITUR*. . . Probat esse, seu fore, sceleratissimum. Primò, quia impiissimus. Secundo, quia superbissimus. *Qui adversatur*, Græcè, *ἰλλὸς ὀπίσθιος*; seu ille Dei adversarius et hostis; quasi diceret: Qui Deo et Christo in omnibus adversatur, et consequenter qui est impiissimus. Impietas autem peccatorum maximum, et omnium scelerum radix. *Et extollitur*, Græcè: *Ἐπὶ ἐλάτῃ supra omnem dictum Deum, aut nomen*. Qui non tantum Deo sese adæquat, ut Lucifer, sed extollitur supra omne quod DEUS DICITUR, AUT COLITUR, ut Deus, id est, supra verum, unicunque Deum, et supra falsos gentium deos: et consequenter qui omnem cultum, seu verum, seu falsum, evertet; ut ipse solus colatur, tanquam Deus et Christus. Ecce impietatem Christis.

*Et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis*, id est, Antichristus, qui dicitur homo sceleratissimus, dicitur filius perditionis, qui perditione est dignus, ut in æternum damnetur et pereat.

VERS. 4. — *QUI ADVERSATUR ET EXTOLLITUR SUPRA OMNE QUOD DICITUR DEUS, AUT QUOD COLITUR*. Quod scilicet Christo et Deo, omnique nomini sit se oppositurus.

*Ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus*. Ipse enim solus vult coli, ut Deus sedebat in templo Hierosolymitano, quod solum proprio tempore S. Pauli erat et dicebatur templum Dei.

simul et superbiam. Superbia autem omnium malorum mater.

ITA UT IN TEMPO DEI. Sive Hierosolymitano, et volunt aliqui, arbitrantes quod Antichristus Judeus erit, ex tribu Dan oriundus, et supponens templum reedificandum. Sive in ecclesia, et templis christianis, ut probabilius creditur (nec enim templum Hierosolymitanum, esto reedificetur, erit templum Dei). Ita ut, inquam, in omni templo divino sedeat tanquam Deus solus adorandus, et sese ut Deum ostentans, seque Christum et Deum nominans. Quid insolentius? Invidet ergo etiam christianas Ecclesias, et à quibusdam apostatis Christianis recipitur.

VERS. 5. — *NOX RETINETIS*. . . Quasi diceret: Quid turbamini? Non meministis quod cum essem apud vos hæc dicebam et exponebam vobis? Tacitè oburgat eos. Multa dixit ergo qua non scripsit; et multò plura dixit quam scripsit; traditioni ergo credendum, non Scripturis tantum.

VERS. 6. — *ET NUNC QUID DETINEAT SCITIS*. . . Græcè: *Ἐπὶ νῦν ὀστρακὸν ἄντιχριστοῦ detineat*, seu quid adventum eius retardet, et consequenter diem iudicii.

#### Observatio litteralis et moralis.

Hoc obstaculum scièntiam The-salonicensibus, quia vivà voce illud eis dixerat Apostolus; nobis verò incognitum est, illudque ex scriptis ejus coniectare tantummodo licet, non scire.

Omnes antiqui, tum Græci, tum Latini, per illud obstaculum intellexerunt Romani imperii potentiam, quæ stante Antichristo regare non possent, nec in Ecclesiam quidquid libet facere. Hinc putarunt Antichristum non venturum nisi dissoluto hoc imperio. Quando Romanorum imperium de medio sublatum fuerit, tum ille veniet, ait D. Chrysostomus, et post ipsum Theophylactus, etc. Quamdiu enim fuerit metus hujus imperii, nemo citò subjungetur: quando autem hoc fuerit eversum, vacans invadit imperium, hominumque et Dei imperium aggrediatur agere, Chrysostomus. Sed, ut dictum est supra, v. 3, ipsa nunc experientia patet id paulò aliter intelligendum: nimirum imperio non temporali tantum, sed et spirituali per fidem. Itaque, conformiter ad præcedentia, dicendum quod si discessio à fide, seu celebris regum à fide apostasia, debet Antichristum præcedere, et ei viam preparare: dicendum, inquam, quod fides catholica, publicaque illius professio, regum et reguorum erga sanctam Romanam Ecclesiam reverentia et submissio, sit obstaculum quod Antichristum detinet.

VERS. 5. — *Non retinetis memoriâ*, id est, non meministis, quod cum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis? Q. d.: Cum hæc vobis præsens dixerim, non debebatis commoveri rumoribus aliorum dicentium instare diem Domini.

VERS. 6. — *Et nunc quid detineat*, scilicet adventum Antichristi et diei iudicii, scitis, scilicet mysterium iniquitatis, ut sonatur, quod iam operatur, donec de medio fiat: puta quod Nero, et similes adhuc domineantur, quodque necdum venerit discessio et defectio generalis à Romano imperio. *Et revelatur in suo tempore*, ille homo peccati, Antichristus scilicet.

ejusque retardat adventum. Heresis, seu particulariam apostasia et à fide discessio, est inchoatio et promotio Antichristi. Generalis regum et regnorum discessio et apostasia erit Antichristi quasi consummatio, signum ipsius adventus jamjam futuri. Sana itaque particularium fides, orthodoxa regum professio, illorum erga Sedem Apostolicam reverentia, obstaculum est Antichristi.

Conjectura est, et quidem textui apostolico valde conformis, non tamen dogma fidei, nec certa cognitio. Unicusque cum D. Augustino hic dicere licet: Ego prorsus quid dixerit fateor me ignorare. Hoc obstaculum Antichristi Deus voluit Thessalonicensibus revelari, à nobis autem voluit ignorari. Adoremus ejus voluntatem: grato animo revelatas nobis veritates recipiamus; humili corde absconditas veneremur, libenter eas ignoremus; nec cupiamus sapere plus quam oportet sapere. Hoc, ut ait D. Thomas, non est nullum necessarium ad sciendum.

UT REVELETUR SVO TEMPORE. GRÆC.: Ad revelari suo ipsius tempore, quasi diceret: Tardat quidem quia defectus, sed suo et congruo tempore, seu tardius, seu citius, veniet et apparebit.

VERS. 7. — NAM MYSTERIUM IAM OPERATUR INIQUITATIS... Ne quid nobis ad Antichristi cognitionem desit, ne forte ab ipso decipiamur.

Observatio litteralis et moralis.

His verbis non monet Apostolus quod impius ille duplici modo sit, et operetur in mundo; scilicet vel per seipsum, in sua propria persona; vel per præcursores suos, et in suis figuris. Circa finem mundi ipse venit in propria persona; ipse palam apparebit; palam et publice sednet per signa et prodigia mendacia. Ab initio Ecclesie usque ad publicum summ adventum clam et abscondite serpit et obrepit in suis similibus: hinc præcursoribus, impiis scilicet hæresiaribus, iniquitatem Antichristi subdole et arcane agentibus et promeventibus. Iniquitas quippe Antichristi erit oppugnare Deum et Christum: hinc v. 4, qui adversatur. GRÆC.: ille oppositus, seu adversarius, seu qui Deo et Christo in omnibus adversatur. Hoc autem impius et hæreticus facit ab initio, cum hoc discrimine, quod Antichristus id facit publice, cum potestate, per prodigia, impij autem et hæretici absconditè, arcane et subdole; nec enim volunt ut tales agnosci, arcane et subdole; nec enim volunt ut tales agnosci: hinc illorum iniquitas vocatur *mysterium iniquitatis*, seu iniquitas arcana. Differant igitur in modo, sed quia conveniunt in animo, seu quia illi eodem ac ipse spiritu agunt et aguntur; hinc dicitur quod in illis, quasi suis typis, iniquitatem suam operatur, seu agit, Antichristus. Vel si sumatur passivè operatur in illis et per illos, iniquitas Antichristi stabilitur et perficitur. Sensus itaque est: Dixi quod suo tempore apparebit, seu *revelabitur*, nec sine causâ

VERS. 7. — Nam mysterium iam operatur iniquitatis, etsi nondum venerit Antichristus in persona; jam tamen adest in emissariis ac præcursoribus suis: nam iniquitas ejus, de qua locutus sum, nunc occultè, velut in mysterio, agitur, et exercetur per hæreticos.

dixi *revelabitur*. Jam enim est in mundo, sed quasi incognitè, in suis scilicet figuris et præcursoribus, in Simone Mago, in Nicolao, aliisque impiis et hæreticis, hominum seductoribus, in quibus sum iniquitatem arcane operatur: vel in quibus iniquitas illius agitur absconditè et in mysterio.

Apostolorum tempore erant impij, magis dediti, qui inter baptizatos cultum demonum promovere satagebant, Ecclesieque sacrificium magicis oblationibus suis profanabant. In illis iniquitatis mysterium agebatur. Erant hæretici, qui Evangelij veritatem et sanctitatem suis erroribus et impuris moribus destruebant: in illis etiam agebatur *iniquitatis mysterium*. Hos omnes, eorumque similes, velut Antichristos intuebantur apostoli. Et hic loquendi modus etiam à D. Joanne expressis usitatus est, primæ Epist. cap. 2: *Filli, novissima hora est, et sicut audistis quia Antichristus venit, nunc Antichristi multi facti sunt*; scilicet hæresiarche, gnostici, Nicolaitæ, etc. V. 22: *Quis est mendax, nisi is qui negat quoniam Jesus est Christus: hic est Antichristus qui negat Patrem et Filium*. Cap. 4, v. 5: *Omnis spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est, et hic est Antichristus, de quo audistis quoniam venit, et nunc jam in mundo est*.

Hoc etiam potest intelligi de Nerone et aliis impiis imperatoribus juxta antiquorum opinionem. Nero enim fuit typus Antichristi. De Nerone tamen non locutus est Apostolus, quippe qui sub Claudio hanc Epistolam scripsit ante Neronis imperium. Vide Baron. an. 70: Estium, hic. Omnes itaque impij, magis dediti, qui cultum demonum promoveant, sicut Antichristi. Omnes hæresiarche et hæretici, qui Evangelij veritatem vel sanctitatem corrumpunt suis erroribus, vel moribus impuris, sicut Antichristi; id est, Antichristi inchoationes, rudimenta, figure, typi, symbola, præcursores; etsi ore Christum confiteantur. Sicut Christus ab initio mundi fuit in patriarchis præfiguratus, unde sancti patriarchæ, rudimenta Christi vocantur; sic ab initio Ecclesie, Antichristus figuratus suas et typos habet in omnibus malis hominum seductoribus. Incipiunt enim quod ille consummabit, scilicet defectionem à fide: destrunt regnum Christi; inchoant, stabiliunt et promoveant regnum Antichristi. Hinc addit Apostolus ad fidelium cautelam: TANTUM UT QUI TENET, TENEAT. Mones fideles ut fidem firmiter teneant, ut sibi caveant ab omnibus istis Antichristis, seu, ut ait Christus, à lupis in vestibus ovium; quasi diceret: Interim qui Christum et fidem catholicam tenet, firmiter tenet, nonne DE MEDIO FIAT, id est, de medio Ecclesie exeat, seu separaretur, illud mysterium iniquitatis, seu donec iniquitas, que mystica nunc et occultata est, fiat publica. De medio fieri, exire, separari: et hic sensus est conformis locutioni D. Joan., primæ Epistolæ cap. 2.

Ea iniquitas est Christum et regnum ejus totis viribus oppugnare, atque ad imitationem diaboli divinationem illius ad se rapere.

Tantum ut qui tenet, teneat, dicitur de medio fieri. Mysterium iniquitatis nunc agitur, erupturum

v. 19: *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis, etc.* Textus Græcus habet: *Solum tenens nunc, donec à medio fiat*. Syr.: *Dummodo id quod nunc detinet, tollatur à medio*. Unde potest simpliciter verti: *Donec tollatur à medio id quod detinet ne veniat; id est, iniquitas arcane stabilitur et agitur, donec fiat defectio generalis: Tunc enim revelabitur...*

VERS. 8. — ET TUNC REVELABITUR ILLE INIQUUS. GRÆC.: *et tunc*. D. Hieronymus, *font iniquitatis*. Et tunc, id est, factâ separatione, seu factâ generali apostasia, vel sublato eo quod retardat Antichristum. Tunc, manifestè et palam apparebit, et ager, et dominabitur iniquus ille Antichristus, quasi totius orbis monarcha. Quem post aliquos annos Dominus noster Jesus-Christus INTERFICET solo flatu oris sui, id est, jussu natuque suo.

ET DESTRUET ILLUM ILLUSTRATIONE ADVENTUS SUI, id est, cum primum quasi per crepusculum apparere cœperit. Ad primum radium sue presentie hoc iniquitatis monstrum destruet sol justitie, sicut ad solis adventum fugatur tenebræ, ait D. Hieronymus, sicut ad ignis approximationem comburantur bestiole, ait D. Chrysostomus.

VERS. 9. — Cujus est adventus secundum operationem SATANÆ... Describit satanicam Antichristi potentiam ad seducendum, hisque quasi ultimis coloribus ejus perficit imaginem. Qui cum advenierit, per operationem et efficaciam Satanae omne genus mendaciam miraculorum faciet. Non enim vera faciet miracula, vim nature superantia, sed falsa, vi scilicet nature, vel per prestigia diabolicas, illudendo sensibus hominum. Hinc GRÆC.: *prodigia mendacii*, id est, falsis et fallacibus.

VERS. 10. — ET IN OMNI SEDUCTIONE... Ut in omni arte et fallacia seducat ad iniquitatem non quolibet, sed eos qui sponte sua perire volunt.

ED GRON CARITATEM VERITATIS... Propterea quod veritatem à Christo annuntiatam, seu veritatem Evangelij charissimam et amabilissimam, noluerunt recipere, ut per eam salvi fierent. Christus charitas et veritas est, seu verissima charitas et charissima veritas: ut veritas docuit, ut charitas redemit. Christus, aliquando in apertam apostasiam; interim verò diu agit, quicunque tenet Christum, et veram ejus religionem, firmiter retinet, donec de medio Ecclesie fiat apostasia, id est, magna illa defectio, qua regna et populi ab Ecclesia recedunt.

VERS. 8. — Et tunc revelabitur ille iniquus (Antichristus), quem Dominus Jesus, etc. Ad iudicium. Spiritus oris Christi est sententia et iudicium condemnationis. Christus interficiet Antichristum spiritu demanationis. Christus est, jussu suo, verbo suo, sua sententia; quasi afflatu mortifero afflavit et interimet eum. Illustratione, id est, revelatione, vel apparitione, illuminatione presentie sue, vel claritatis adventus sui.

VERS. 9. — Eum; cuius est adventus secundum operationem Satanae in omni virtute, id est, potentia, et signis et prodigijs mendacibus. Scilicet quod Antichristus habebit assistentiam Satanae, et Satanam in se, et per se operantem, inquit Theophylactus, in signis et prodigijs, scilicet que faciet Antichristus ut homines seducat: faciet miracula, non vera, sed falsa et mendacia.

veritas, lux mundi, docuit, illuxit: at homines magis dilexerunt tenebras et mendaciam quam lucem et veritatem. Christus charitas redemit nos, sanguinem suum fudit et obtulit in pretium nostras redemptionis: homines hunc amorem non amaverunt, hoc salutis sue pretium non receperunt. Hoc est iudicium nuntiandi.

DEO MITTET ILLIS DEUS OPERATIONEM ERRORIS, UT CREDANT MENDACIO. Ideo, in penam incredulitatis et ingratitude sue; quia Christum veritatem et charitatem, ex amore vera docentem et per vera miracula suum Evangelium confirmantem, non receperunt. Ideo mittet illis hunc impostorem, qui per efficaciam seductionis et imposturæ, per falsa miracula, varietate fallendi artificia, in errorem et mendaciam illos pelliciet, ita ut mendacio credant qui veritati fidem noluerunt adhibere. O terribilem peccati penam! eo sanè terribiliorem quod minus sentitur hæc pena, et quod libentius et liberior recipitur; libenter enim et liberè erroribus et mendacijs in suam perniciem credent. Hæc erit terribilis et justa incredulorum et præcipue obstinatorum Judeorum poenitentia: Antichristo mendaci credent qui Christo veritati credere noluerunt. Nota ad litteræ explanationem: Deus mittet Antichristum: Deus permittit Antichristum per operationem Satanae seducere: hinc fiet ut qui Christo non crederent credant mendacio.

VERS. 11. — UT IUDICENTUR OMNES... Hincque patet quàm sint inexcusabiles, et quàm justè condemnentur Judei eorumque similes, qui Christo veritati, vera docenti, et vera miracula facienti, non crediderunt; Antichristo autem mendaci, seducenti, falsa miracula facienti, adhererunt, ejusque seditiosos mores secuti sunt. Itaque fallacia seductionis Antichristi nocuit his qui alias perituri erant, seu, ut ait Chrysostomus, his qui, etiamsi non accessisset Antichristus, non crederent Christo. Justum est autem ut qui veritatem respiciunt in errorem incidunt; et qui salvari nolunt à Deo deserantur, tradantur diabolo. *Supradictorum resumptio et in hæreticos animadversio.*

Hæcque de Antichristo actum ab Apostolo: ejus persone singularitatem, mores improbos, et ob eos

VERS. 10. — Et in omni seductione iniquitatis his qui pererunt, ut omni arte et modo seducat homines ad iniquitatem, ut pereant et damnentur.

Ed quod charitatem veritatis non receperunt ut salvi fierent. Reprehendi illi seducuntur ab Antichristo, justitia Dei permittentis id exigente, propterea quod veritatem à Christo annuntiatam, quam amare et amplecti debebant non receperunt, ut, ea per fidem suscepta, salvi fierent.

Ideo mittet illis Deus operationem erroris per Antichristum, ut credant mendacio. Hæc operatio Antichristi ab eo fiet hoc fine, ut homines credant ejus mendacio: sive, hæc opera Antichristi impellent homines, facientque eos credere mendacio. Quia spiritus Dei in istis, quàm ut qui veritatem suscipere noluerunt, in errorem incidunt, et falsitatem credant.

VERS. 11. — Ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, etc. q. d.: Ut iusto Dei iudicio arguantur et condemnentur Judei, et similes qui Christo et veritati evangelicæ per Christum afflatæ credere noluerunt, sed mendaciam Antichristam receperunt.

infidelium exitum descripsit, v. 5. Illius in Deum rebellionem et Christo oppositionem, nec non superbissimam insolentiam, v. 4. Quando venturus sit, quid adventum ejus retardet aut promoveat, quia presens clarè dixit, obscurè scribit, sed ita ut possit etiam à nobis conjici, v. 5, 6. Interim, donec appareat palmam, in figuris et sui similibus latere et operari monet, v. 7. Ejus, cum apparuerit, potentiam satanicam et præstigijs diabolicis describit, v. 9. In quos hanc potentiam sit exercituros, quosque seducturus, v. 10; et quare, v. 11; ejus denique mortem, v. 8.

Quid clarius et distinctius in Scripturis? Hoc prædixit ne decipiantur qui tunc erunt, ait D. Joannes Chrysostomus. Addam: Hanc Antichristi imaginem adeò vivit et proprijs coloribus depinxit, ut ab omnibus omnium Christianis agnosceretur ille impius, nullusque ab eo deciperetur. Addam et quod in v. 5 dixi: Quasi spiritu prophæico tunc prævidisset Apostolus futuram nostri temporis hæreticorum impudentiam (que Christi Vicarium, Romanum Pontificem, non veretur Antichristum nominare), camque Paulus ex tunc reprimere voluisset, idè ipsis prædicit: Antichristus homo erit singularis et unus, non multi, sicut Romani pontifices. Homo erit sceleratissimus, non sanctus, quales saltem multi Romani pontifices. Homo Deo et Christo contrarius, cultum Dei destruens, et solus ut Deus adorari volens: non ita Romani pontifices, qui Deum et Christum adorant, cultum Dei et Christi satagunt et promoveunt, qui nec coli volunt et adorari ut Deus. Homo erit in quo et per quem diabolus signa faciet et prodigia. Ubi hæc in summo Pontifice, et reliqua alia?

O astutiam diabolicam! hæretici sunt Antichristi rudimenta, figura et præcursores; Antichristi iniquitatem arcane peragunt; ipsius adventum suis defectionibus et apostasijs promoveant. Veniet ille impius, cum per multas singulares apostasias facta tandem fuerit apostasia generalis. Et ut ipsi securius et tranquillius Antichristi negotia peragant, sicque ejus adventum citius promoveant, duplici eos excæcitæ ferit diabolus; non vident quæ sunt, vident quæ non sunt: Antichristum in seipso non agnoscunt, seu Antichristi in semetipsis typos et figuras non vident; Antichristum in Romanis pontificibus fingunt, in quibus nullus Antichristi character.

*Aninversio in Grotium.*

Hæc cæcitate quidem non laboravit Grotius, sed maximam temeritatis notam incurrit dum hoc quod Apostolus de uno Antichristo prædixit in hoc capite, de duobus hominibus Caio Caligula et Simone Mago intellexit. Temeraria est, inquam, hæc opinio Grotii, et maxime temeraria. Primò, quia contra communem omnium sanctorum Patrum et doctorum sententiam, etiam antiquorum, qui Apostoli sensum à viris apostolicis, ut non dicam ab Apostolis ipsis, receperunt. Secundo, quia nullà solidà ratione, vel auctoritate, sed temerario probris et erroneo fundamentò fulcitur id dixit Grotius.

Quodnam est istud fundamentum? Illud in Epistole præfatione declarat his verbis: Jam tribus locis vidimus opinatum esse Paulum se vivo posse evenire iudicium illud ultimum et universale.

Ex hoc fundamentò colligit Grotius primò, quòd Pauli prophætiæ quæ sunt in capite hujus Epistolæ secundo spectare debeant ad res quæ intra unius vitæ spatium poterant contingere. Colligit secundo, historià cum vaticinijs collatà, non de alijs agi quàm de Caio imperatore et de Simone Mago, quorum res actæ verbis prophætiæ ad amissum congrunt. Verba sunt Grotii in Præf. Epistolæ secunde ad Thessal.

Cui ut respondeam, prophætiæ verbis utor: *Abyssus abyssum invocat*; temeritas temeritatem attrahit. Ex tribus locis malè intellectis, scilicet intellectis secundum Grotii sensum, non secundum Patrum sententiam, audeo dicere Grotius quòd Apostolus circa iudicii tempus erraverit et errorem docuerit. Ergo Paulus non est prædicator veritatis, sed falsitatis. Ergo Pauli Epistolæ, saltem hæc in parte, falsæ sunt et erroneæ. Quis Christianus hoc non horreat? Hoc tamen dicere non veretur Grotius, et ex hoc errore duo falsa colligit et temeraria. Tantùm enim abest ut hoc opinatus sit Paulus, idque docuerit, quod asserit Grotius; quinimò, quia Thessalonicenses partim à pseudo-apostolis decepti, partim à supposititijs Pauli literis terribi, partim etiam à primà ejusdem Pauli Epistolâ malè intellectæ, quia, inquam, turbabantur et timebant ne instaret dies Domini, idè Paulus totis viribus studet hunc Thessalonicensium terrorem amovere, eosque rogat et vehementer hortatur ut nemini cuiquam, sive prophæta, sive spiritu, credant dicenti quoniam *instat dies Domini*. Si ergo in propriâ personâ locutus est, in primâ suâ Epistolâ, ubi de resurrectione, quasi suo tempore futura fuisset, hujus rei rationem reddidi in explicatione v. 13, cap. 4, scilicet, ut doceret fideles diem iudicii semper præsentem habere, et ad illum sese continuè preparare. Temeritatis ergo, et quidem maximæ, non potest excusari Grotius, id asserens contra communem sanctorum Patrum et doctorum sententiam, idque sine fundamentò.

Sed præterea falsum est quod Caio Caligula conveniant quæ Paulus hujus capitis versibus 5 et 4 dicit. Equidem Caius adorari voluit ut Deus, sed non fuit adoratus in templo Dei, nec illius statua fuit in eo collocata, nec ipse aliorum deorum, seu idolorum, abstulit cultum ut solus adoraretur. Non minus falsò Grotius Simoni Mago adaptat quæ Paulus hic, v. 8, 9, 10, dicit. Ex ipso enim hujus capitis textu, et ex alijs Scripturæ locis, patet quòd in novissimis seu ultimis mundi temporibus venturus sit ille seductor de quo hæc agitur; non in primo Ecclesiæ sæculo in quo Simon. Omittit alia multa quæ ex Scripturis tunc evenire debent, de quibus Cornelius à Lapide in fine hujus capitis; quorum nulla nec Caligula, nec Simoni Magi temporibus contigerunt, et quæ consequenter omnia simul juncta Grotianæ opinionis falsitatem cuiuscumque fideli Scripturis credenti demonstrant.

VERS. 12. — NOS AUTEM DEBEMUS GRATIAS AGERE...

Post hæc duo signa, ab Apostolo data, quæ Christi adventum præcessura sunt, poterant Thessalonicenses convinci quòd nondum instaret ultimi iudicii dies, quia neutrum signum apparuerat; debebant ergo tranquillo animo fieri. Sed quia tristia sunt et horrenda quæ de Antichristo et de percunctibus dicta sunt, hinc Paulus ut Thessalonicenses solaret, et ex omni parte quietos reddat et securos, eos ex pereuntium numero subtrahit, et pro illorum salute Deo gratias agit. *Nos autem debemus...*, quasi diceret: Paveant ergo et terrore concutiantur omnes increduli: *Nos autem lætitiâ perfusi, debemus Deo gratias SEMPER AGERE PRO VOBIS, FRATRES A DEO DILECTI*, eò quòd vos tanquam primitiis sibi gratas ad salutem elegit. Vos scilicet per Spiritum sanctum sanctificando, et vobis fidem veræ sanctitatis germen inspirando, elegit, sibi separavit, eè gentilitatis massâ scilicet ad Christianismum, que unica salutis est via. Quomodo elegit? *Per sanctificationem spiritus et fidem veritatis*, ait Syr. Id est, vobis in baptismo gratiam sanctificantem et veram fidem infundendo. Agitur ergo de electione ad gratiam.

ELEGIT VOS PRIMITIAS. Græcum habet, *ab initio, è èγγε*. Noster interpres legit, *ἀναρχα*. Primitiæ dicuntur Thessalonicenses, quia eis inter primos prædicavit Paulus, eosque ad salutem convertit.

Nota his in verbis varijs Thessalonicensium cum infidelibus oppositiones. Peribunt illi: vos autem elegit Deus ad salutem. Judicabuntur illi et damnabuntur, quia veritati non crediderunt, sed iniquitatis consenserunt: vos verò salvabimini, quia veritati credidistis et sanctitati studuistis. Et ob hoc debemus nos, à fortiori et vos, *Deo semper agere gratias*: hoc enim Dei donum est. Donum quòd vos dilexit, quòd elegit, quòd, quasi primitiis salvandorum, elegit, quòd sanctificavit, non per opera, sed per fidem veritatis quam dedit ipse vobis. Vide quomodo nihil ostendit esse eorum, sed totum Dei, ait S. Chrysostomus. Vide ergo et tu, o Christiane, qui tale donum recepisti, quales debeas et Deo gratias agere.

VERS. 15. — IN QUÆ ET VOCAVIT VOS. Græc. in quod. Syr. in quæ, scilicet in ea de quibus supra.

VERS. 12. — *Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis*, etc. q. d.: Elegit aut assumpsit vos Deus in salutem, medijs ad eam concessis, inimiram sanctificatione spiritus et fide veritatis.

VERS. 15. — *In quæ*, ad quam, scilicet fidem et sanctificationem, et vocavit vos per *Evangelium nostrum*, etc. Ut per fidem et gratiam et salutem major gloria Christo illarum auctoritatem acquiratur; ita Chrysostomus. Deum vocasse Thessalonicenses per Evangelium Pauli in acquisitionem gloriosam Christi Domini, hoc est, ut ejus essent gloriosa possessio, sanguine ipsius acquisita.

VERS. 14. — *Inque, fratres, state*, id est, persistite firmi et constantes in fide et vocatione vestrà, quia vos Deus per gratiam suam dignatus est.

*Et tene traditiones quas dicitis*; Græcè, quas docetis estis, id est, quas ego vos docui.

*Sive per sermonem, sive per epistolam nostram*. Traditiones vocat doctrinas et instituta religionis christianæ, sive ea pertineant ad fidem, sive ad externum

Cum nostro interprete, in quam fidem et sanctitatem vocavit et adduxit vos Deus.

PER EVANGELIUM NOSTRUM, id est, per nostrum ministerium. Etque medium, prædicatio Pauli.

IN ACQUISITIONEM GLORIÆ DOMINI JESU CHRISTI, id est, ut acquiratis celestem gloriam quam possidet Christus Dominus in cœlis. Seu, sicut veritè Syrus, *ut decori sitis Domino nostro Jesu Christo*, id est, ut per vos laudetur et gloriam consequatur Dominus noster Jesus Christus. Seu ut sitis acquisitio, vel populus acquisitus gloriæ Christi. Adest finis et Dei vocantis et Pauli prædicantis. Hoc sensu dixit alibi Paulus, *empti estis pretio magno*, sui scilicet sanguinis; *glorificate ergo Deum*; ipsius tibi estote. Hoc sensu, D. Petr. primæ epistolæ, 2, 9. vocatur *populus acquisitionis*, id est, Christi possessio, ejus sanguine acquisita. O anima christiana tanti valet! tanti te Christus emi! sis tandem illi tota, ut aliquando sit tibi totus; sis nunc illius acquisitio, ut tua sit in æternam acquisitio.

VERS. 14. — *Inque, fratres, state*, id est, constantes estote in fide et vocatione vestrà, et firmiter servate traditiones quas à nobis accepistis, sive per sermonem, sive per Epistolam nostram. Hinc perspicuum est primò quòd jam scripserat D. Paulus, et idè hæc Epistolâ non sit omnium prima, ut voluit Grotius. Secundo, quòd scripta et non scripta præcepta dederint apostoli, et utraque sint observatione digna. Hinc et colligitur Ecclesiæ traditionem fide dignam esse. Hoc expressè notat D. Chrysostomus et Theophilactus: traditio est, nihil queras amplius. Hoc et ipse Grotius cujus verba refero: Duobus modis doceant apostoli, loquendo et scribendo, et par in utroque auctoritas; et præcessit locutio, secuta est scriptura. Multa quidem quæ dixere apostoli, etiam scripsere, at non omnia, quia satis erat quoddam in usum Ecclesiarum esse introducta, ita ut nihil opus esset et per Epistolâ præcipi; in transcurso tamen et horum interdum fit mentio; Grotius, adnotat. in secundâ Epistolâ ad Thessal., cap. 2, v. 15.

VERS. 15. — *Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, et Deus, qui Christi Pater est per naturam, noster vero per gratiam.*

cultum religionis, ut sunt ceremonie. Nota hic locum pro traditionibus apostolicis, scilicet tam ea esse servanda quæ verbo et viva voce tradiderunt apostoli, quàm quæ scripta in sacris Litteris reliquerunt. Certè prior est omnia quàm littera, et prior sermo quàm liber, et prior sensus quàm stylus, dicit Tertullianus, lib. de Testimonio animæ.

VERS. 15. — *Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, et Deus, et pater noster*; id est, is qui est Deus et pater noster: nam enim eundemque personam Dei Patris, non duas significat.

*Qui dilexit nos*, ut pater filios quos constituit per adoptionem suos heredes, ac filii sui naturalis colubredos.

*Et dedit consolationem æternam in spe et prægratum æternæ gloriæ et lætitiæ, et spem bonam in gratiâ*; id est, per gratiam, per quam habentis spem vitæ æternæ: per gratiam enim quasi per semen speramus nos messuros fructum vitæ æternæ.

QUI DILEXIT NOS..., et per gratiam suam, quæ est semen æternæ gloriæ; nos consolatus est spe bonorum æternorum.

VERS. 16. — EXHORTETUR CORDA VESTRA; ipse, inquam, uterque cordibus vestris istud solatium imprimat, ET CONFIRMET IN OMNI OPERE BONO ET SERMONE, vosque sic stabiliat in bonâ doctrinâ et in opere bono, ut recta loquantini et facialis. Post exhortationem precatione finit, quasi diceret: Ipse Jesus Christus Salvator noster, et Deus Pater noster, sit cordium vestrorum consolator, vel exhortator (Græc. enim significat utrumque) et confirmator. Internâ scilicet

VERS. 16. — *Exhortetur corda vestra*, consoletur, et confirmet in omni opere et sermone bono. Sensus est:

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.*

1° Ad tui consolationem, discè eum gaudio et nota quod homini verè christiano, de peccatis verè dolenti, et in Jesum Christum, Salvatorem mundi, speranti, multo magis optandus et desiderabilis sit quam metuendus adventus Domini. Hujus consolatorie veritatis rationes vide in commentario, v. 4. Ibidem vide responsiones objectionibus timorem suadentibus. Id etiam videre potes 1 ad Thessal. 5, 5. De peccatis itaque dole, spera in Jesum Christum, tuique Salvatoris adventum opta.

2° Ad tuæ salutis securitatem, quia prorsus incertum est hujus adventûs dominici tempus, solum Deo cognitum, juxta Christi Domini monitum, in omni loco, omnique tempore vigila; tanquam servus fidelis et prudens, expecta Dominum, lumbis præcinctis, lucernas tenens in manibus, semperque paratus. Vide dicta v. 5.

3° Ex v. 6, discè quid agendum in Scripturâ difficultatibus, et in rerum obscuritate quas Deus nobis clarè revelare nolit. Hanc ipsam Dei voluntatem humiliter adora, et de infinitâ ejus sapientiâ plenè persuasus, tu te ei submitte. Libenter ignora quæ Deus à te vult ignorari, et ne præsumas sapere plus quam oportet sapere. Recordare quod Deus, etiam absconditus, sit adorandus. Veritates itaque ab eo revelatas grato quidem animo suscipe, crede, amplectere, exsequere.

### CAPUT III.

1. De cætero, fratres, orate pro nobis, ut sermo Dei currat, et clarificetur, sicut et apud vos;

2. Et ut liberemur ab importunis et malis hominibus; non enim omnium est fides.

3. Fidelis autem Deus est, qui confirmabit vos, et custodiet à malo.

4. Confidimus autem de vobis in Domino, quoniam quæ præcipimus, et facitis, et faciatis.

5. Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei et patientiâ Christi.

6. Denuntiamus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni

consolatione hortetur et impellat animos vestros ad observationem doctrinæ vobis traditæ, et ad bonorum operum consummationem, ut ad salutem ad quam vocati estis valeatis pervenire. Deus solus cordium vestrorum consolator, exhortator et confirmator, gratiæ suæ unctione et perfusione cor sic consolatur ut et illud exhortetur, et confirmet et impellat ad omne bonum opus. Deus cordis mei, cor meum gratiæ tuæ luce perfunde, unctione penetra, ut luce divinâ perfusum credenda credat; unctione penetratum, dilatatum, viam mandatorum tuorum currat.

Et stabiliat vos ac perseverare faciat in omni bonâ doctrinâ, atque in omni genere honorum operum.

Abscondita verò Dei reverere, adora, et contra Dei voluntatem penetrare ne tentaveris.

4° Ex v. 7, discè quid sint impij et heretici. Nimirum Antichristi rudimenta et præcursores. Vide ibi dicta in commentario. Hincque concludè quod dixit D. Joannes, primæ Epistolæ cap. 2, v. 22: *Nunc Antichristi multi facti sunt.*

Antichristus jam est in mundo, in suis scilicet virginitatis et rudimentis; vide v. 7. Attende itaque et vide quomodò cautè ambules, cum quibus converseris et vivas, et tu tibi cave.

3° Astutiam diaboli in hereticis vide et nota v. 11. Ipsi sunt Antichristi; et ne se ut tales agnoscant, duplice cæcitate ferit eos diabolus: Antichristum in semetipsis non vident, in quibus est de facto; in Papâ vident, in quo non est. Hincque discè quàm timenda sit mentis cæcitas, et quàm horrenda hæresis pervertens quâ diabolus tot homines excecavit.

6° Ex v. 10, discè quàm terribile sit Christo, veritati et charitati, non credere. *Hoc enim est judicium mundi.* Hoc veritatis et charitatis oblatæ repudium gravissimâ infidelitatis et cæcitatibus pœnâ punitur. Catholicus ergo veritati credens, sanctitati studens, Deo gratias agat, quod eum elegit in salutem per sanctificationem spiritûs et fidem veritatis; v. 12. In quâ fide constanter perseverans, Christo mente, corde, opere, jugiter adhaereat.

### CHAPITRE III.

1. Au reste, nos frères, priez pour nous, afin que la parole de Dieu se répande de plus en plus, et qu'elle soit partout en honneur, ainsi qu'elle l'est parmi vous;

2. Et afin que Dieu nous garantisse des hommes déraisonnables et méchants, car la foi n'est pas commune à tous;

3. Mais Dieu est fidèle, et il vous affermira et vous préservera du malin esprit.

4. Quant à vous, nous avons cette confiance en la bonté du Seigneur, que vous accomplissez, et que vous accomplirez toujours ce que nous vous ordonnons.

5. Que le Seigneur vous donne un cœur droit dans l'amour de Dieu, et dans la patience de Jésus-Christ.

6. Nous vous ordonnons, nos frères, au nom de Notre-Seigneur Jésus-Christ, de vous retirer de tous ceux d'entre vos frères qui se conduisent d'une ma-

fratre ambulante inordinatè, et non secundum traditionem quam acceperunt à nobis.

7. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos:

8. Neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore et in fatione, nocte et die operantes, ne quem vestrum gravavimus:

9. Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.

10. Nam et cum essemus apud vos, hoc denuntiamus vobis: quoniam si quis non vult operari, nec manducet.

11. Audivimus enim inter vos quosdam ambulare inquietè, nihil operantes, sed curiosos agentes.

12. Is autem qui ejusmodi sunt, denuntiamus, et obsecramus in Domino Jesu Christo, ut eum silentio operantes, sumum panem manducent.

13. Vos autem, fratres, nolite deficere beneficientes.

14. Quod si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, et ne commisceamini cum illo, ut confundatur:

15. Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem.

16. Ipse autem Dominus pacis, det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis.

17. Salutatio meâ manu Pauli; quod est signum in omni epistolâ: ita scribo.

18. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

### ANALYSIS.

*Thessalonicensium orationes interpellat, v. 1, 2. Eis vicissim auxilium Dei promittit, v. 5.*

*Confidit quod, Deo juvante, sua præcepta servabunt, v. 4; et ob id Deum orat, v. 5.*

*Præcipit ergo ut otiosos et inquietos vitent, v. 6; ipse apud eos non vixit otiosus, sed die nocteque laborans,*

### PARAPHRASIS.

1. De cætero, fratres, orate pro nobis (Evangelii ministris) et Evangelica doctrina per nostrum ministerium feliciter et citò propagetur, et ubique habeatur in honore, sicut apud vos.

2. Et propterea orate ut liberemur ab hominibus improbis et facinorosis (qui nobis resistunt, cursumque sistunt Evangelii), non enim omnes Evangelico credunt.

3. (Ne tamen ideò turbemini,) fidelis enim est Deus, qui vos in fide confirmabit, vosque liberabit à malo.

4. De vobis optimè spero, confidoque quod per Dei gratiam et facitis modò, et deinceps faciatis fideliter, quæ vobis præcipio.

5. Confido, inquam, sed et propterea rogo, ut Dominus corda vestra dirigat (faciatque vos rectâ viâ ambulare) in charitate Dei et patientiâ Christi.

6. Præcipimus autem vobis, auctoritate nobis à

nière déréglée, et non selon la tradition qu'ils ont reçue de nous,

7. Car vous savez vous-mêmes ce qu'il faut faire pour nous imiter, puisqu'il n'y a rien eu de déréglé dans la manière dont nous avons vécu parmi vous.

8. Et nous n'avons mangé véritablement le pain de personne; mais nous avons travaillé jour et nuit avec peine et avec fatigue, pour n'être à charge à aucun de vous.

8. Ce n'est pas que nous n'en eussions le pouvoir, mais c'est que nous avons voulu nous donner nous-mêmes pour modèle, afin que vous nous imitassiez.

10. Aussi lorsque nous étions avec vous, nous vous déclarions que celui qui ne veut point travailler ne doit point manger.

11. Car nous apprenons qu'il y a parmi vous quelques gens inquiets, qui ne travaillent point, mais qui se méient de ce qui ne les regarde pas.

12. Or nous ordonnons à ces personnes, et nous les conjurons par Notre-Seigneur Jésus-Christ, de manger leur pain en travaillant en silence.

15. Et pour vous, nos frères, ne vous laissez point de faire le bien.

14. Si quelqu'un n'obéit pas à ce que nous ordonnons par notre lettre, notez-le, et n'avez point de commerce avec lui, afin qu'il en ait de la confusion.

15. Ne le considérez pas néanmoins comme votre ennemi; mais avertissez-le comme votre frère.

16. Cependant je prie le Seigneur de paix de vous donner la paix en tout temps et en tout lieu. Que le Seigneur soit avec vous tous.

17. Je vous salue ici de ma propre main, moi Paul; c'est-à-dire mon seing dans toutes mes lettres: j'écris ainsi.

18. La grâce de Notre-Seigneur Jésus-Christ soit avec vous tous. Amen.

v. 7, 8, 9; itaque otiosos ad laborandum coercerunt, v. 10, 11, 12. Quod si quis eorum sit contumax, notetur ut vitetur, v. 14; non tamen ut inimicus separetur, sed ut frater corrigatur, v. 15.

*Denique pacem eis appetunt et gratiam, v. 16, etc.*